



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Diu præest Societati. 122

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Indiamque transportatæ exiguæ
eorundem copiæ, mirabili incre-
mento auctuque valuerunt. Ita,
quod IGNATIIVOTUM fuerat, bre-
ui effectum eo superstite vidimus.
Et nimirum hanc à Deo gra-
tiam inierat, vt cuicumque confi-
lio animum applicuisset, id fermè
omne, propitio euentu expedi-
retur.

122 Gessit autē Rempub. summo
cum imperio IGNATIVS, annos
xv. & menses præterea iiii. dies
omnino ix. exante diem xi. Ca-
lendas Maias, cio. io. xli. ad ul-
timum Iulium anni lvi. quo ex
humanis abiit. Et eo quidem to-
to tempore, ita assiduus in fun-
gendo munere fuit, vt sibi Roma
excundi copiam nunquã fecerit:
nisi cum ex negotio in agrum se-
mel Neapolitanum, atque iterum
in Oropitanum venit, apud Pon-
tificem Paulum III. dicturus. Nos
verò

verò vnum hic in locum cōijcie-
 mus, quicquid gerendarum re-
 rum variè per eos annos illum
 exercuit. 123 Primæ illius curæ
 fuerunt domum Romanam con-
 stituere, quæ deinde velut parens
 tantam sobolem orbi parturiret:
 indidem alumnos suos quaquã
 versum emittere, eosque optimis
 legibus formare, quò in concio-
 nibus operam se dignam facerēt.
 Nec fefellit illum hic suorum la-
 bor. Passim ita se bonis omnibus
 insinuauère, vt desiderio accensi
 multi identidē Collegia flagitare,
 & socijs ciuitatem offerre prope-
 rarēt. Quibus ille, quæ visum est,
 opportunissima auxilia submitte-
 bat. Indeque modicam familiam,
 cum bono Deo, ad hanc amplitu-
 dinem breui perduxit. Sed quan-
 do haud obscurum erat, id stude-
 re malum dæmonē, vti, pro suo in
IGNATIVM sociosq; odio, magnas
F 2 vndi-